Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8447
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Dominica prima In aduentu dñi.

Ad te leuauī aiam meā deus meus in te confido nō erubescam neq; irideant me inimici mei etenim vniuersi qui te expectant nō confundent. Ps. Vias tuas dñe demonstra michi et semitas tuas edace me. Gloria in excelsis non cantatur usq; in natiuitate dñi. nisi festa sanctorum impediant de quib; plenū officium.

Excita qs. Tagit. Collect.

Aduenientem potentiam tuam et uenem. ut ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis te mereamur protegente eripi te liberante saluari. Qui cum do.

Lectio. Ad Romanos.

Scientes quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nra salus. quam cum credidimus. Nox precessit. dies autem appinquauit. Abiciamus ergo opera tenebrarum. et induamur arma lucis. sic ut in die honeste ambulemus. Non in comessationibus et ebrietatibus. non in cubilibus et impudicitiis. non in contencione et emulacione. sed induimini dñm ihesum xpm.

Vniuersi qui te expectant nō confundentur dñe. V. Vias tuas dñe notas fac michi et semitas tuas edace me. Alla. V. Ostende nobis dñe miam tuam et salutare tuū da nobis. Sancti.

Lectio. Cum appinquasset ihesus iherusalem et uenisset betfage ad montem oliueti. tunc misit duos discipulos dicens. Ite in castellum quod contra uos est. et statim inuenietis asinam alligatam et pullum cum ea. Solute et adducite michi. Et si quis uobis aliquid dixerit. dicite quia dominus his opus hat. et continuo dimittet eos. hoc autem totum factum est. ut adimpleretur quod dictum est per ysaiam dicentem. Dicite filie syon. Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus sedens super asinam et pullum filium subiugalis. Euntes autem discipuli fecerunt sicut precepit illis ihesus. Et adduxerunt asinam et pullum. et imposuerunt super eos vestimenta sua. et eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba strauerunt uestimenta sua in uia. Alii autem cedebant ramos de arboribus. et sternebant in uia. Turbe autem que precedebant et que sequebantur clamabant dicentes. Osanna filio dauid. benedictus qui uenit in nomine dñi. Offertorium. Ad te dñe leuauī aiam meā deus meus in te confido nō erubescam neq; irideant me inimici mei etenim vniuersi qui te expectant nō confundentur. Secreta. Ecclesia nos dñe potenti uirtute